

Σὺν τῷ ΘΕῷ πόνω αἴτια τῷ.

DISQVISITIO PHILOSOPHICA  
De

SCIENTIA  
DEI MEDIA,

Quam Suffragante & approbante Ampl.  
Collegio philosophico in incluta ac florentis-  
sima ad Auram universitate,

Sub

DIRECTIONE

ISAACI BJÖRKELUNDI

Hactenus L. L. Orient. & iam design.

S.S. Th. Prof. Publ. & Ord.

Pro GRADU MAGISTERII,

Eiusque consequendis honoribus,

Νείκης ΟἰκονΦύντων κείσει

modeste submittit

ANDREAS EŁĘG/ Matth. Fil.

Satag. Finl.

Ad diem D. V. XXII Maij Anni  
MDCCXXXV.

In Auditorio Maximo, horisque consuetis.  
ABOË, Exc. Joh. Kiämpe, R. Ac. Typ.

VIRO S<sup>E</sup>CREM<sup>E</sup> Reverendo atq<sup>ue</sup> Celeberrime  
**D. ANDREÆ BERGIO,**  
S. S. T. DOCTORI ac PROFESSO-  
RI in Regia hac ad Auram Acade-  
mia Primario, Amplissimo,  
Diœcœlos Aboensis ARCHI<sup>P</sup>RÆPO-  
SI<sup>T</sup>O Celebratissimo,  
Ecclesiæ Cathedralis Svecanæ, qvæ  
Aboæ floret, AN<sup>T</sup>ISTITI Vigilan-  
tissimo, Fidelissimo,  
MÆCENATI ac PATRONO meo  
Magno,  
omnem felicitatem ac salutem.

**Q**uid, queso, Doctor Celeberrime ac  
Mæcenas Magne, Tibi pro tan-  
tis in me, jam inde ab ephebis, cumula-  
tis beneficis retribuam, nescio. Equi-  
dem lubens confiteri necessum habeo, ne  
diem quidem integrum mibi ea ad enumera-  
randa sufficere. Tu, sane Doctor Celeber-  
rime, alter quasi parens semper mihi exsi-  
stens, præter id quod consiliis Tuis salu-  
berrimis me nullo non tempore sublevare  
dignatus es, adcuratam etiam studio-

rum habuisti meorum rationem, & quid  
de iis mecum ageretur, sedulus inquisi-  
visti, ut adeo qualesunque in iisdem fe-  
cerim profectus, providæ Tuæ pruden-  
tie atque solidissime informationi adscri-  
bendos esse, diffiteri nequeam. De me  
certe, Mæcenas Magne, ita præclare  
per multos annos es meritus, ut bipedum  
juste habeas nequissimus, nisi publice id  
predicem, gratumque animum literario  
monumento, quamquam non satis Tanto  
Viro digne, ostendam. Interea itaque,  
magna obseruantia exiguum pignus solito  
Tuo favore inexhausto suscipe, ( matu-  
riora maturior etas Deo Duce dabit,)   
nec quam munuscum hoc characeum vi-  
le, sed qualis offerentis sit animus, be-  
nigne aestima, meque meaque si dia ut ha-  
bitenus, ita & in posterum patrocinio ac  
clypeo Tuo ( licet non videar meritus )  
complectere. Quod reliquum est, D. T.  
O. M. calidissimis nunquam desistam  
defatigare precibus, velis Te tantum  
orthodoxe Theologie Doctorem, ad se-  
ram usque senectutem, incolumem ac  
sospit-

fospitem servare, ut Ecclesia Christi va-  
reis satis subjecta calamitatibus, in Te,  
contra quosvis insultus Satana, Ajacem ha-  
beat inexpugnabilem, magnumque Fa-  
milia Nostra fulcrum ac emolumentum  
perenne! Ita ex intimis animi penetran-  
ibus vobet

## MAGNI NOMINIS TUI

Celior & cliens humillimus

AND. E&G.

Til handelsmannen i Stockholm  
Ehreborne och Högvållachad

# Herr JOHAN SPALDING,

Min gunstige wählgnnare.

**S**är jag mig minner på, den gunst du  
mig bewisat,  
Doch hur, Herr Spalding, är min Fa-  
der och mig hysat  
I många åhr, hem wij förnötte på vår  
flycht,

Å Edert goda stod os stådse otillsynat.  
Gå kan ei eller jag thet ogsordt läta bli ifrå  
Til någon tacksamhet, med några ord til-  
skrifwa

Ehr detta liksla vård, som doch ei swä-  
ra kan  
Emot den godhet jag ock särskilt hos Ehr  
fann.

Min penna, jag tilstår, försvarar är det ut-  
förlig, nu  
Doch mer förbinder mig min tacksamhet det  
giöra

Som jag Ehr st yldig är, ty hiertat är  
upfylt

Med hogkomst af den gunst, jag nutit o-  
förfyldt

Jag då behagligt op, Herr Handelsman,  
jag beder,  
Det liksla Pappers fram, som jag åt Ehr  
nu redde,

Til ett erkånglans prof för Chr. benåga-  
na sinn',

Fast godset intet är vårdt Colchis gyllne  
Sinn.

Jag ei förglömma stal Chr. godhet at be-  
römma,

Ei den i någon tid i dystra jorden giöma,

Så länge jag är til, och Gud mig lifvet  
gier,

Men önska Eder godt, och nödigheter fler.

Til slut jag önskar Chr. at Gud all godhet  
kiälla,

Han wille låta Chr. der af framgent uprvälla

Mångfall wålsignelse, samt nåd til öfver-  
flöd !

At på hans gäfwores mått, Jag ei må läda  
nöd.

Den Högste signe Chr. Chr. wandel och Chr.  
stande,

Chr. handel lika så, til både vatn och lande:

Sidst när Herr Spalding mått, af ålder  
lefivat har,

Gud samfe då hans siål, til sin utrväljas  
staar!

Herr Handelsmanns  
Tjenstskyldige  
**AND. ECG.**

Tä Philosophiæ Candidaten  
Högwallärde  
Heerr ANDREAS ELLI  
Pro Gradu Magisterii  
herömmeligen disputerade

**S**är man sin wånner ser til Hes-  
ders trappan klifwa/  
Och hysa sådan drift/ at de med  
räcka få/  
Bland Phœbi Alster sig Minervæ Sö-  
ner skrifwa;  
Wist wiſar man sin frögd / wist  
gläder man sig tå.  
Jug gläds af Edert Wett / Herr Au-  
tor/ men doch lemnar /  
Alt fåfångt ord eprång/ som giöres  
ei behof/  
Til Ehrt beröm/ enår hwart bla  
digra åmnet /  
Af lärdom och förstånd gier ogeme-  
na prof.  
Doch önskar til ett slut min Wän af  
troget sinne;  
Alt I / som trågen fljt och mycken  
mödo haft /

Jungdoms blomstrand åhr för lärdom/  
inätte winna  
I mandom deras frucht/ i åldren  
fruchtens saft.

Således uttrade Herr Auctorens go-  
da Wän och närsfält sin fägnad

CARL AD. LUNDÉN.

A. n.

**N**ulla est, ut ait Cicero, gens tam fera tamque immansuetata, que non, etiam si ignorat, qualem Deum habere debeat, tamen habendum sciat. Nemo enim esse potest, qui ex artificiosa rerum omnium structura atque dispositione, vbi nihil occurrit, quod reprehendi possit, non cognoscere queat, cuncta arte mirabili & sapientia plus quam humana condita fuisse. Hinc Platonici & Stoici, dum ipsum mundum, & quicquid in eo continetur, aspexissent; cumque temporum vicissitudines cognouissent, non

A im-

immerito ex operibus magnificis  
concluserunt, aliquam esse excel-  
lentem præstantemque naturam,  
quæ hæc omnia fecerit, eaque  
gubernet ac protegat. Ut jam  
nihil loquar de idea illa, quam  
mentibus nostris infixam esse a-  
gnouit Epicurus: *Solus*, inquit  
Vellejus apud Tullium, *vidit pri-  
mum esse Deos*, quorum in omnium  
*animis notionem impressisset ipsa na-  
tura*: vnde tales struit conclusio-  
nem: *De quo omnium consentit natu-  
ra, id verum esse necesse est*. Idem et-  
iam agnovit Aristot. (α) dum De-  
um causam omnium quæ sunt,  
sunt, ac futura sunt, rerumque  
curam agere, ac in esse suo pri-  
stino conseruare docet, statuens,  
Deum esse *τὸν αἰεῖνον*, οὐ τὸν τῶν  
οἰωνῶν, αὐτὸν οὐ καθ' αὐτόν, οὐ κατὰ  
οὐ βεβηκός, καὶ γέ τὴν πεώθην οὐδὲ αἰδίον  
οὐδὲ οὐαρ κίνησιν. Neminem itaque  
existere crediderim, qui Deo,  
ceu

ceu enti omnium supremo ac infinito, eam vim ac facultatem, qua homo brutum animal insigniter antecellit, scientiam accuratamque rerum notitiam puta, ausus plus quam temerario denegarit. Et licet superuacanea videri possit, atque vix digna ventilatione, ista controv ersia, quae de Dei scientia media agitari solet: nobis tamen vel ideo eam paucis repetere, & sub examen reuocare visum fuit, quod contineat nonnihil etiam nobis, recte alioqui de Deo instructis, subinde occurrens, quod nisi euoluatur, haud parum difficultatis nobis in contemplatione Dei, rerumque incorporalium sit facturum. In qua itaque elaboranda si Tuo B. ac H. L. acri limatoque iudicio minus fastidiero, in aliquibus ex humana imbecillitate, ut sit, a regia veritatis via deflexero forte, Tua ni-

**4** hilominus æqvanimitas cuncta in  
eum accipiet ac interpretabitur  
senium , quem cum lex humani-  
tatis, tum in primis nominis Chri-  
stiani professio ab unoqvoque no-  
strum serio exigunt.

(a) *libr. 12 metaph. c. VIII. lib. 43.*

§. I.

**I**cet itaqve scientia Dei in se  
spectata sit vna & simplicis-  
sima , ( in qua nec prius, nec po-  
sterius, imperfectio, aut inadae-  
quationis ratio possit consistere )  
qua se Deus & alia omnia extra  
se posita , cognoscit manetqve  
in se actu cognoscibilis , vt ipsa e-  
jus essentia actus purissimus est;  
nam quo magis quid actu est, eo in-  
telligibile magis est, teste Mejero  
(a); respectu tamen objectorum  
variorum intellectus noster ex im-  
becillitate sua , hanc ut unam dum  
nequeat concipere, singit ratione

in ea diuersitatem, atque sic quod  
unum erat in se, sub diuerso no-  
mene concipit, sibiique reddit  
familiare. Varie itaque distingui-  
tur, in primis vero in scientiam,  
quam vocamus *simplicem* & *appro-  
bationis*. *Illi*, quia Deus pure &  
nude obiectum cognoscit. *Hec*,  
qua rem cognoscit, & simul ap-  
probat. In *specie utilitatis*, quae ad  
nullam, & *practicam*, quae ad ali-  
quam, circa rem cognitam, ope-  
rationem dirigitur &c.

(a) *Gnostol. l. i. Sect. 2. Ax. 1. p. m. 47.*

## §. II.

**N**on sane in distinctionibus o-  
mnibus, quibus Diuina sci-  
entia, in se quidem indivisa & in-  
divisibilis, propter diuersa tamen  
obiecta, quorum unum altero  
prius cognitionem Diuinam ter-  
minare concipimus, distinguitur,  
reconsendis adeo erimus solicii;  
eam

eam præsertim adduxisse contenti, qva illa obiecti particularis ratione, qvod nempe in se possibilitatem seu tactibilitatem includit, dispisci solet in *naturalem*, seu simplicis intelligentiæ; vel *liberam*, seu visionis, & denique *mediam*, seu conditionatam. *Naturalis* dicitur, qva Deus mere possibilia, ut sunt possibilia, cognoscit: non eam ob causam, qvod identificari possit cum essentia Diuina; sic enim omnis scientia Dei naturalis foret: verum accipitur heic *naturalis*, prout libero opponitur: adeoque ut potentia naturalis ea dicitur, qvæ positis omnibus ad agendum requisitis, non potest non agere; ita Deus per hanc suam scientiam, res quoque omnino nouit, & quemadmodum possibles omnino sunt, ita ex perfectione Diuini intellectus necessario fluit, ut eas tales cognolcat.

*Liberia*, vocatur scientia Dei, qva non tantum præterita, verum etiam absolute & determinate futura, iam ab æterno præuidit, h. e. qvicquid unquam in mundo actu venit, aut existit, siue ex necessitate aliquam, siue ex agentis arbitrio. *Media*, qva Deus conditionate futura præcognoscit, i. e. qvicquid actu quidem futurum non est, fuisset tamen omnino futurum, si hæc aut illa hypothesis poneretur.

*Confer. Bechm. in opuso. de scient. Dei p. m. 60, Hebenstr. de scient. Dei. Donat, instit. Pneumat. de intellect. Dei.*

### §. III.

**E**xpositis itaque his terminis ad ipsam rem paulo proprius accedamus, questionem primum formando, nim: *utrum detur in Deo, scientia formaliter, seu nostro concipiendi modo in rei veritate fundato*

dato, & scientia simplicis intelligentiae  
& scientia visionis distincta? Haud  
quidem nos fugit, dari inter eru-  
ditos, non infimi quidem ordi-  
nis, qui eandem vel respuant pla-  
ne rejiciantque; vel tamen si ad-  
mittant, cum scientia simplicis  
intelligentiae paria facere, ean-  
demque plane esse, strenue forti-  
terque affirment. Veteres Tho-  
mistæ pariter ac Scotistæ, teste  
*Lalemandetio*, (a) nec non antiqui  
patres, referente *Pstadio*, (b) tan-  
tum bimembrem hic agnouerunt  
distinctionem. Recentiores vero  
Scholaftici, utpote *Suarez*, *Moli-*  
*na*, *Becanus*, *Vasquez*, *Fonseca*, *Les-*  
*sius*, *Gregor: de Valentia*, &c. sci-  
entiam hanc Dei medium propu-  
gnant atque illustrant: qui tamen  
omnes cum cautela legendi, quia  
in applicatione sciætiae huius con-  
ditionatæ errant, & gratiam li-  
bertati humanæ subordinatam  
cum Pelagianis faciunt. So-

Sociniani, qui certam futuro-  
rum contingenciam notitiam ne-  
gant, rem ipsam tollunt. E re-  
formatis præ ceteris *Wilhelm. Twis-*  
*sus* id sibi sumvit negotii, ut sci-  
entiam hanc profligaturus, pro-  
lixissimum operosissimumque con-  
tra *Gabrielem Penitum & Fran-*  
*cisc. Suarezium* conscriberet tra-  
statum: ubi tamen non negat o-  
mni ex parte scientiam futuro-  
rum conditionate talium, decre-  
tum tamen tale propugnat, quod  
determinet hominem ad hoc vel  
illud agendum, positis conditio-  
nibus: adeoque scientiam, qua  
Deus cognoscit, quæ sub condi-  
tione futura sunt, ab ejusmodi  
decreto deducit. Verba ejus hæc  
sunt: *Omnia futura quantumvis*  
*contingentia, Deo nota fuisse ab e-*  
*terno, dicit, neque mirum, cum mi-*  
*bil possum aut futurum sit in re-*  
*xum natura, cuius productionem non*  
*opere*

operetur ipse Deus, idque in genere cause efficientis, consequenterque cuius productionem non ab eterno decreverit &c. Ex qvibus allatis illius verbis sole meridiano clarus apparet, illum in gravissimo errore versari; unde & *Calovius* tractatum hunc illius variis in locis *Helenam Calvinisticam* appellat. *Gisbertus Voëtius* ( $\gamma$ ) scientiam hanc Dei medium variis conviciis aggreditur, illam p. 266. plenum delirii Jesuitarum nugamentum, falsa abominabilis Pelagianismi tectorum, & vere Theologie ludibrium, appellat: & p. 254. profanam vocat nouitatem, euaniadam speculationem, toti antiquitati, omnibus Theologorum scholis incognitam, omniumque Pelagianizantium asylum ( $\delta$ ).

( $\alpha$ ) pag. 212. seqq. ( $\beta$ ) *Tb. Doym.* l. 4. C. 8. p. 279. ( $\gamma$ ) *P. I. Select. disput.* ( $\delta$ ) *conf. Samuel Rhetorfortis exer-*

exercit. *Apol.* pro *Dna grat.* *exc.* i. *C.*  
*V. a Fol.* 187. ad 213.

### §. IV.

**C**Aluiniani alii vna cum Twis-  
 sio tanquam in centro con-  
 veniunt omnes, quod decretum  
 Dei sit fundamentum certitudi-  
 nis futurorum omnium. Ipse  
 Caluinus scribit (*a*): *Iterum que-  
 ro, unde factum est, ut tot gentes  
 vna cum liberis eorum infantibus &  
 terne morti inuoluerit lapsus ad  
 absque remedio, nisi quia Deo ita  
 visum est?* Hic obmutescere oportet  
 tam dicaces alioqui linguas. Decre-  
 tum quidem horribile, fateor, insuci-  
 ari nemo tamen poterit, quin pra-  
 sciuerit Deus, quem exitum habitu-  
 rus esset homo, antequam ipsum con-  
 doret, & ideo praesciuerit, quia De-  
 creto suo sic ordinarat. Zanchius,  
 (*b*) Deus, inquit, praescit ex cau-  
 sa immutabili, h. e. aeterno decreto  
 suo.

Jno. Cui consentit Spanheimius hisce, (γ) unde est, quod praeuidet Deus ista mala, nisi quia decreuit, omnes Adami lapsu, ex quo ea contraxere, insuoluendos à omnis praeuisio innicitur decreto.

Tale vero decretum non tantum ignorat ac plane rejicit revelationem, verum id etiam rectæ sannæque rationi repugnat. Istud enim decretum, quod fingunt, antecederet futuritionem, ut liceat dicere, conditionatam, & inferret eam, vel per medium indiferens, vel per determinans: primum non potest fundare scientiam infallibilem; secundum destrueret libertatem creaturæ. E. neutrum subsistit.

Extra controversiam enim positum esse debet, qvod Deus contra decreti intuitum, & ante illud futura conditionate talia præcognoscat: potuisset quippe Deus lon-

longe plura, quam decrevit, ut  
sub certa conditione aliquando  
ac hypothesi fierent, certo præ-  
ordinare. Eleganter satis hac de-  
re fatur Buddēus (d): *Dubito enim*  
*en sapientis viri elogium promereca-*  
*tur, qui primo aliquid se facturum*  
*decernit, & cum demum postquam*  
*decrevit, cuiusmodi illud futurum sit,*  
*considerat. Eadem porro sententia in*  
*Deū non minus, quam homines iniuria*  
*est. In Deum quidem, quod eum mali*  
*omnis, omniumque peccatorum causam*  
*atque auctorem facit. Si enim o-*  
*mnia, quæcunque sunt, ex decreto*  
*quodam absolute Dei sunt, etiam e-*  
*andem ob causam mala quævis fieri,*  
*necessæ est. In homines non minus*  
*iniuria est, quod omni eos libertate,*  
*in extensis etiam ac ciuibus, præ-*  
*met; qba sublati, nec legibus, nec*  
*premissis, pœnisque, amplius locus co-*  
*rit. Ne igitur hæc nostra sen-*  
*tentia in deterius trahatur, sed ut*  
*intel-*

intelligi queat, sciendum est, nos ab hoc loco non omne decretum excludere. Duplex enim hic intelligi potest decretum: I: illud *Reformatorum*, quod ipsam voluntatem praecedere ita ajunt, ut eam ad actionem determinet: stante illo, voluntas non potest non agere. II: intelligi potest decretum, *in hypothesi futuri effectus inclusum*, quando nimis currere decernit Deus, ad effectum aliquem, posita hac vel illa conditione. Jam concedendo posterius hocce decretum, prius abominamur, quo stante, in voluntatis potestate non est, se ipsam libere determinare. Hoc etiam de posteriori illo dixisse iuuat; non esse illud rationem per quam Deus cognoscatur *conditionate futura*, licet in hypothesi futuri effectus includatur.

(α) *in instit. l. III. c. XXIII. §. 7,*

(β)

(G) miscel. p. 78. (y). 'exercit. de grat.  
uniuers. pag. 685. (d). in inst. i. Tb.  
Dogm. p. m. 228. lin. 3.

### §. V.

**P**RÆMISSIS itaque his, instituti-  
ti ratio suadet, ut ad eno-  
dandam propositam quæstionem  
nos accingamus. Non hic a no-  
bis instituitur quæstio: *An detur*  
*scientia quedam in Deo, quæ mediet*  
*inter scientiam entium & non entium.*  
Sed potius nobis est de hoc: *u-*  
*erum medie detur inter scientiam sim-*  
*plicis intelligentiæ & visionis, vel*  
*quod idem est, inter naturalem & li-*  
*beram.* Prius nos ut remouemus,  
ita posterius recte tuebimur. Nam-  
que scientia hæc Dei media, in  
suo formali nihil infert aliud,  
quam id quod Deus citra decreti  
intuitum, & ante illud, ut con-  
ditionate futurum præcognoscit;  
adeoque pro obiecto habet futu-  
ribile

ribile, ut dicere fas sit, ceu id quod nunquam exstitutum est, exstitutum tamen omnino fuisset, si talis aut talis poneretur conditio (a).

Ex his, quæ superius adducta sunt, constare arbitramur, non omnium, qui contra nituntur, eandem esse sententiam. Rem enim ipsam oppugnant, tum qui certam futurorum contingentium præsensionem penitus negant, tum qui futurorum conditionatorum scientiam ex præuio decreto deriuant. Nonnullis vero nomen tantum seu distinctio hæc scientiæ ut superuacanea displaceat, quippe qui rem ipsam sub Icientia Dei naturali contineri posse putant. Verum quamquam nos in vocabulis & terminis sumus faciliiores, & ad rem potissimum ipsam attendimus: attamen adserimus, stante vetere illa distin-

stinctione scientiæ Diuinæ in *natura*lem & *liberam*, illis, qui duabus his speciebus adquiescendum contendunt, nihilominus necesse esse, naturalem scientiam noua quadam distinctione iuuare, si conditionata illa distincte sint explicanda. Vnde quum ipsa obiectorum affectio *mediam* hanc scientiæ speciem per se deposcere videatur, satius esse ducimus, suum illi locum tantisper seruare.

Scientiæ huius euidentiam, argumentis iam paulo uberioribus, tum in ratione, tum sacræ scripturæ testimoniis fundari, probabimus.

(a) *Confr. Danhav. Hod. Spir. Calv. pbant. 3. p.m. 793.*

## §. VI.

**P**robamus ex ratione, & quidem I. ex determinata veritate & scibilitate propositionum con-

ditionalium. Nam si futurum conditionatum æque verum est & scibile, uti absolute futurum, æque Deus cognoscit futurum conditionatum, ac futurum absolutum. Atqui futurum conditionatum æque verum est & cognoscibile, ac futurum absolutum. E. acq cognoscitur a Deo. At cognoscere futurum conditionatum, est habere scientiam conditionatam, seu conditionatorum. Maior propositio non eget multa probatio-ne: nam infinitus intellectus in ratione cognoscentis, cognoscit essentialiter omne, quod sciri potest, eo ipso quo sciri potest, aliqui esset possibilis intellectus, qui plura sciret. Sed quod est scibile, sciri potest. E. intellectus infinitus scire debet omne scibile. Iti Deus enim, si nouit ea futura, quæ tum fore ponuntur, si addatur

tur conditio, etiam' nouit futura conditionata; E. ex consequenti datur omnino scientia Dei media. III. Nouit Deus impossibilia, multo ergo magis futura conditionata: nam hæc aliquando si forent, requireretur omnino actio Dei *cooperativa, directiva, & dispositiva*, quam Deus non ignorat, teste *Rudrausso* (2). IV. Ex uniuersali Dei prouidentia, liquido etiam constat, eius circa futura conditionata scientia: omne enim id, quod sub prouidentiam Diuinam cadit, cadit etiam eo ipso sub scientiam eius. V. Suadet id ipsa omniscientiae Diuinæ notio: si enim Deus omnia scit, eum futura conditionata quoque scire oportet: hæc enim si nescit, non utique scit omnia, vt concludit *Budaeus*. VI. Quoniam libere agentia id quod posita conditione actura fuissent, non sine sufficientibus

rationibus egissent: quas si Deus determinate non peripiceret, i. e. quo arbitrium agentis illis praetentibus sele certo esset inclinatum non praeuideret, plus non sciret atque sagacissimus quisque hominum.

Consentiunt & porro nobilcum quam plurimi, utpote Slenogt ( $\gamma$ ) qui egregie de hac scientia Dei media fatur; *Natura insitum esse omnibus hominibus, hanc in Deo dari scientiam.* Et Penottus ( $\delta$ ), *Omnibus, inquit, insitum est a natura, ut de futuris eventibus Diuina consulant oracula.* Omnes autem consultationes humanæ supponunt esse in Deo notitiam istorum contingentium conditionatorum. Porro etiam ex nostris Calouius ( $\epsilon$ ) ait: *Sine hac scientia non poterit commode explicari electio ex praeuisa fide, qua Deus ex praevisione fidei perseveraturos ad eternam elegit vitam.* Sic Danbaverus

vus (ξ). *Gerbardus* (η.) *Horneius* (Σ), ubi dicit, talem præcientiam medium inuoluere prædestinationem hominis, cum Deus homines non absolute, sed sub certa conditione prædestinauerit. *Calixtus* senior etiam hanc scientiam medium in lect. publicis semper amplexus est, ex hac ratione, quod utrum suum habeat in explicando articulo de prædestinatione. Præter plurimos alios, quos adducere iam non vacat.

(β) p. s. pag. 757. (γ) disþ acad. p. 415. (δ) libr. 3. propr. Hm Cap. XXIX. (ε) Tom. II. Syst. quæst. V de omnisc. p. 524. (ξ) *Hodom. Calv. Phintz* III. p. 763. Et in *Hodoss.* fol. 220. (η) in *Exeg. loco de Deo* § 244 (θ) disþ. Tb. III. sect. 3. th. 77. & 78.

### §. VII.

**H**is iam ex ratione doctorumque sententiis firmatus, institu-

stituti ratio postulat, vt ex Scripturæ testimoniis eandem in Deo dari scientiam probemus. Et quidem I. ex consultatione illa Dauidis I Sam. XXIII. ubi Deum interrogat, an si mansurus fuisset Keilæ, Keilitæ ipsum in manus Saulis essent tradituri? respondit ipsi Deus ad hoc affirmatiue, quod posita conditione, si mansisset, fuisset & hoc euenturum. Non tamen decreuit Deus ita esse futurum, decreto aliquo prædeterminatio. II. Ex Matth. XI. 21. *Væ tibi Chorazin, vae tibi Bethsaida &c.* Hanc Tyrorum conuersionem cognouit Christus, cognitione non coniecturali, sed certissima, adeoque particula à h. l. non dubitative, per forte, vt vulgatus habet, sed affirmatiue & exaggeratiue, per utique omnino reddenda est hoc modo, utique pœnitentiam certe egissent. Non enim, vt Voettius

fin.

tingit, adeo heic quædam hyperbolica locutio sed vera, certaque assertio, nec de pœnitentia hypocritica aut externa, sed de vera ac salutari pœnitentia heic sermo est. III. Prob: etiam ex sequentibus dictis, utpote Matth. XXIV. 22. Luc. XVI. 31. Act. XXVII. 31 Joh. VI. 15. 1. Cor. II. 8. 2. Reg. XIII. 19. Jer. XXXVIII. 17. & ceteris.

Ex his. & aliis locis. concludo iam: Deum certo & infallibiliter scire futura omnia conditionata contingentia, quæ actu nunquam erunt, si certo & infallibiliter prædicta futura huiuscmodi, quæ nunquam fuerunt, at tuissent, si posita tuisset aliqua conditio. E. Deus certo cognoscit futura conditionata, & per consequens datur *scientia Dei media*. Quod firmiter tenendum etiam contra illos, qui dicunt futura hæc omnia nota.

ta quidem fuisse Deo, sed conie-  
aturaliter solum & probabiliter,  
quia non cognoscat neque præ-  
dicat Deus euentum futurum, sed  
tantum quid ferat prælens *disposi-*  
*tio & inclinatio causarum.*

### §. VIII.

**C**Oronidis loco lubet addere,  
cur hæc Dei scientia nomi-  
nanda sit media. Hac dere ele-  
ganter disertis verbis scribit D.  
Mich. Waltherus Fil: in colle-  
gio Pneumat. Mſto. *Quoniam*  
*hæc*, inquit, *non videt ut visionis*  
*scientia*, *que vere aliquando existunt*:  
*nec etiam intelligit*, *ut nuda possibilia*  
*per absolutam potentiam*; *sed possibilia*  
*nouit*, *aut certo etiam futura sub*  
*conditione*, *si scil. hæc vel illud faceret*,  
*aut fieri permitteret*, *vel creaturam*  
*liberam in tali aut tali ordine*, *&*  
*cum talibus circumstantiis poneret*.  
Itaque nec absolute necessaria, nec  
libera est, sed media, medietate non  
nat

καὶ ἀπάντην, sed κατὰ υἱός εἰναι. Vel ut alii hanc explicant, quod sit quasi media inter naturalem & liberam Dei scientiam, & aliquid de vtraque trahat. Quod autem ad inventionem huius distinctionis attinet, quam Reformatæ Ecclesiæ doctores, aliquique, jesuitis tribuunt, B. L. ad *Joh. Francisc. Buddeum*, qui in instit. Th. Dogm. p. m. 228. concinne satis hac de re agit, ahosque, ablegatum volo. Et licet jesuitici ordinis doctores voce hac scientiæ mediæ primum usi sint, eos tamen rem ipsam excogitasse dici nequit: quippe quæ ex S. Scripturæ testimoniis, ipsaque ratione, vti iam supra euictum satis dedimus, constat. Atque his ita adductis, nihil iam superesse amplius videtur, nisi vt gratiam Dei Ter Optimi Maximi deuoto animo agnoscentes, Paulina præsentem Dissertatiuncu-

υντολαμ Δοξολογία οβσιγνεμους.

Εξ Ἀ, και δι Ἀ, και εἰς ὁν λα πάντα,  
αὐτῷ η δόξα εἰς τὰς αιώνας εὐλογή.



Til  
Högtvällerde Candidaten

Herr ANDREAS ELS/

**S**u jag seer hvart ut det wän-  
der /

At Hr. Bror til Pindi Länden  
Sig begifwer med en hast;  
Der sielf Pallas wil Ehr kröna/  
Möd dan Ehr med heder löna/  
At J hållit derpå fast.

Hwar til Ehr all lycka önskas /  
At J må alt mera grönskas  
Uppå wisdomis rotens god;  
När Ehr Lager-Krankz är borta  
Med vår dagars wandel korta /  
Gif då Gud Ehr sälhetens roo.

At

At Jester liuslig lefnad  
Få en ewig himla trefnad  
Bland Guds helga Anglars  
taal;  
Hvarest dygden rått beldonnes  
Och med åchta Lager krönes  
I Guds egen Himla saal.

Herr Candidatens goda Wän  
och närsfält

ERICUS THUN  
*Satag, Fen.*

Clarissimo Philosophiæ Candidate  
Dn. ANDREÆ EŁG,

UT prolixius, quam facio, laudes  
tuas, Clarissime Domine Candi-  
date, proclamem, non tam amicitia  
illa, que jam dudum mibi tecum in-  
tercessit, postulat, quam præsens hæc-  
ce elegantissime conscripta dissertatio  
meretur. Verum preterquam quod  
earum non satis dignus existere que-  
am præco, opus non esse illas multis  
commemorare verbis existimavi, quippe  
notissima jam sunt quæ publice pul-  
cherrima dedisti specimina. Quare  
ut præmium illud, quod labore atque  
industria tua solidissima meruisti,  
adsequaris, voveo; universique au-  
ctorem intime precor, velit te in  
tuorum gaudium, patriæ commodum,  
ac tuum ipsius delectamentum, super-  
stitem diu, sospitem & in columem  
serbare.

Ex animo ita gratulatur

J. F. WIENS.

Fratri suo Dilectissimo.

DUM properas Frater per amande  
ad castra Sephorum  
Virtutis rigidum per bene carpis iu-  
ter.

PREMIA conatus magna comitata se-  
quentur

Lauda, Tibi virtus talia dona pa-  
rat.

GRATULOR bis ausis, Deus ut Tua cœ-  
pta secundet,  
Ut Patris & Patriæ comoda multa  
ferant.

HISCE ex animo gratulari  
voluit  
Carolus E&G.

